

Echō et bellus Narcissus

Narcissus erat bellus puer. Multae puellae eum amāvērunt, nūllam ex eīs amāvit. Ipse sē solum dīlēxit et vītam in silvīs ēgit. Nympha Echō Narcissum diū amāverat, sed suum amōrem eī numquam dīcere potuerat: solum verbum ultimum alterius reddere poterat. Sī Narcissus vocāvit, “Tūne es hīc?” Echo vocāvit, “hīc!” Sī ille “Ubi es? Venī!” dīxit, illa “Venī!” dīxit. Sed Narcissus ad eam nōn vēnit, et Echō igitur nōn diū vīxit. Amisit corpus tōtum; vōcem autem eius etiam nunc audīmus.

Intereā Narcissus suum imāginem in stagnō vīdit et oculōs suōs āmovēre nōn poterat. Magnus amor suī eum cēperat. Tempus fūgit; eōdem locō rēmānsit Narcissus. Amīcī illius eum invenīre nōn poterant. Ante ipsum stagnum, ubi ille fuerat, nunc erat bellus flōs. Nōmen huius in perpetuum erit “Narcissus.”

Hominēs nōn dēbent sē nimis amāre. (Sed sī bellī sunt, fortasse deī eōs in flōrēs mutābunt)